1817

Stato de miei 4 Figli riportato al termine delle Scuole nel Seminario Ginnasio di Feltre li 17 Agosto 1817

1817. die decima sexta Augusti.

Ex Schola Philosophię anni primi.

Negrelli Aloÿsius: Promptus, et acutus. I, puer, i pede certo.

Ex Schola Rhetoricę anni primi

Negrelli Nicolaus: infelici nescio quo fato ultimus in arenam descensus; tanto attamen et animi et corporis robore, et solertia pugnavit, ut merito sibi pręcedentium vindicavit honores. Primo Accessit

Ex Schola Grammatices inferioris anni primi

Negrelli Franciscus, quem per annum et amplius absentem deflevi, tribus ab hinc mensibus sua recreavit pręsentia: strenue cum primis contendit, et si ocyus in arenam descendisset, primam merito sibi palmam vindicaret. Primo accessit.

Ex Schola Infimę Primę Classis

Negrelli Michael aureę indolis puer ingenium diligentia excolere non destitit, fratrum exempla imitatus non illis dissimilem ad futurum promittit. Pręmio donetur.

Pręsentes status desumptos esse ex Originali in hoc Seminario Gymnasio existente testor ego infrascriptus ejusdem Seminarii-Gymnasii Rector; testorque pariter, fidemque indubiam facio hos quatuor juvenes filios Angeli Michaelis Negrelli Tirolensis moribus quam optimis esse imbutos.

In quorum fidem

Dabam Feltrię ex ędibus Seminarii-Gymnasii sub die decima septima Augusti 1817.

Josaphat Norcen